…o ANS

…pistola 204. FRANCISCO BURMANNO IOHANNES COCCEJUS.

Respons. ad libellum 1. Class: & ~~[illegible]~~ quæst. [illegible] impilentis

Reverende et clarissime vir.

Accipies cum hisce libellum LXXXIII. quæstionum: ad quas post D. Maresium respondi. Occasionem illam rapui, ut de quibusdam modis loquendi, quibus uti soleo cum Scriptura, omnibus satisfacerem. Jactant enim quidam, quosdam Classium contra me et qui similiter atque ego loquor, loquuntur, meditari. Quod quomodo fiat, et quibus flatibus tales inspirentur, non potest esse obscurum. Ego, si scivero judicium tuum liberum, in quo videar satisfecisse et in quo non, non frustra mihi videbor laborasse. Vale. Salutem adscribo CC. DD. Collegis, qui me norunt. Lugduni a.d. 10. Aprilis 1665.

R. T.

Studiosissimus

Joh. Coccejus.

Reverendo, et Clarissimo
viro D. Francisco
Burmanno S. Theol.
Doct. et Professori
in Academia

Ultrajectina.

N3